

contra eos ac multa damna sibi faciendo sicut per rectores et prouiso-
 runt in dictis partibus testificatur qui ipsum Nicolaum de portamento notabili
 recommendant, uerum dum quidam suus propinquus peruenisset ad rixam cum 5
 aliquibus stipendiarijs in Rethimo et fuisset ab ipsis uerberatus dictus Nicolaus
 exinde promotus ad iram dixit ego non haberem filios, irem ad rebelles propter
 quod uir nobilis ser Andreas Geno prouisor in Rethimo condemnauit ipsum ad
 standum extra insulam Crete per septem annos, in qua condemnatione stetit per
 unum annum et medium et petit gratiam et misericordiam cum sit pauperimus 10
 multa grauatus familia cumque ser Andreas Geno dicat quod dum quidam sti-
 pendarius recoligisset caules de uno suo orto, quidam suus consanguineus per-
 cusit ipsum super factum capiendo eum per capillos et admenauit unum ensem
 cum fodro dictus stipendarius et tunc dictus Nicolaus et suus consanguineus
 ipsum stipendiarium prohibecerunt in terram, ipsum nequiter uerberando, ex quo 15
 alij stipendiarij cumcurrerunt ad rumorem ita quod si dictus ser Andreas non
 superuenisset potuisset esse rumor enormis, unde fecit ipsum capi et poni ad
 torturam pro sciendo ueritatem, et in isto interualo dictus Nicolaus dixit contra
 aliquos ego uelem quod interfecisset ipsum stipendiarium et iuisset ad rebelles
 quia non habet uxorem nec filios, et si ego non haberem uxorem et filios item 20
 extra cum rebellibus et propterea condemnauit ipsum credendo facere quod esset
 justum et conueniens, considerato laudabili testimonio quod de ipso perhibetur
 fiat sibi gratia quod absoluator libere a dicto processu, ita quod possit redire in
 Cretam et stare non obstante dicta condemnatione. 24

10

Φο 105¹⁰ Πρὸς πλήρωσιν τῆς Ἀρχιεπισκοπῆς Κρήτης νὰ γραφῶσι γράμματα πρὸς τὸν Πάπαν καὶ τοὺς Καρδι-
 ναλίους καὶ ἄλλους συντεταγμένα τῇ ἐγκρίσει τῆς Κυριαρχίας, προτεινομένων τῶν ἐκλεγέντων
 διὰ πλειοψηφίας.

Σεβαστὸς ἀδελφὸς Γιλβέρτος ἐπίσκοπος Πιρέντου

» » Νικόλαος Φωσκαρίνης ἐπίσκοπος Φολίας

Σεβαστὸς κύριος Μαρίνος Μιχαήλ ἐπίσκοπος Αἰμονίας

Σοφὸς ἀνὴρ κύριος Μᾶρκος Βαλεντῖνος προλύτης Κανονικοῦ δικαίου

Σεβαστὸς ἀνὴρ ἀδελφὸς Lodouicus ab Arboribus μάγιστρος in sacra pagina.

1368, Φεβρουαρίου 15.

11

Διατάσσεται ὁ πάτριον τοῦ ναυστάθμου Βενετίας, ὅπως ἀποστείλῃ τὰ ἀναγκαιοῦντα ἐξαρτήματα πρὸς
 ἐξοπλισμὸν τοῦ κατέργου Κρήτης. 1368, Μαρτίου 9.

Φο 109¹⁰ Millesimo trecentesimo LXVIII, die nono Marcij.

1

Capta. Cum ducha et consiliarij nostri Crete scribant quod in arsenatu Can-



dide non sunt aliquae sartie, ita quod pro furnimento galearum que debent ibi armari ad cultum expedit quod illuc mittantur sartie necessarie, et per informationem habitam a uiro nobile Antonio Uenerio, qui fuit supracomitus Culfi, galea sua que iuit in Cretam non habebat aliquam sartiam que foret bona, set ut dicit uir nobilis Thomas Duodo, galea sua que similiter remansit in Cretam, erat bene furnita sartia, quia fuit furnita hic, ita quod expedit quod mittatur solum sartia necessaria pro furnimento unius galee; uadit pars quod committatur patronis arsenatus, quod totam sartiam necessariam pro furnimento unius galee, mittere debeat in Cretam cum galea ser Laurencij Lanzaolo.—De parte alij—de non 1
12 — non sinceri o.

12

Ἀνατίθεται ἡ ἀποστολὴ πρεσβείας εἰς Θεολόγον (Ἐφεσον) εἰς τὸν δοῦκα, συμβούλους καὶ καπετάνον Κρήτης. 1368, Ἀπριλίου 30.

F^o 122^{to} Millesimo trecentesimo LXVIII, die ultimo Aprilis.

Capta. Quia pridie captum fuit quod in casu quo ambaxator quem mittere debebant ducha, consiliarij et capitaneus Crete ad partes Theologi non obtineret que sibi commissa forent, nostri se deberent leuare de dictis partibus ad terminum qui daretur per ipsos ducham consiliarios et capitaneum, et bonum sit pro-
5 uidere superinde habito respectu ad litteras que nuper uenerunt de Creta; uadit pars quod scribatur dictis duche, consiliarijs et capitaneo quod in dicto casu, quo dictus ambaxator non obtineat sibi commissa, et elapso termino predicto, illi de Theologo non faciant et obseruent, que requisita fuerint ab eis per ipsum ambaxatorem; et nostri recesserint de dictis partibus, committant uiro nobili Natali Gezo quod cum galea sua et alia cuius est supracomitus Rigus Dandulo, uadat ad dictas partes Theologi et procurat de obtinendo ab illis dicti loci ea que requisita fuerint per ambaxatorem predictum non possendo stare in dictis partibus Theologi pro expectando responsionem ab illis deinde pluribus diebus quinque
10 ullo modo. Et si predicti de Theologo fuerint contenti attendere et obseruare ipsa benequidem; alioquin committant dicto ser Natali quod transactis ipsis quinque diebus cum dictis duabus galeis, diffidet et damnificet eos et nauigia sua in hauere et personis, faciendo eis omnia illa damna que poterit et sinistra cum securitate tamen galearum et gentis nostre.

20 Et quia posset quod galee predictae recessissent iam de Creta, ita quod non posset per hunc modum nostra intencio adimpleri, committatur capitaneo nostro Culfi quod in dicto casu quo dicte galee recessissent de Creta, et uenissent ad Cultum, mittat duas de galeis sibi commissis, que sibi uidebuntur, ad faciendum et adimplendum predicta, habita tamen prius informacione de hijs que secuta